



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De remedio cuicumque fidelium, dum adhuc peccatum eius non est manifestum, perpriuatam exhortationem & admonitionem adhibendo; & de excommunicando, si non profecerit. Capvt LXXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

nunquam habuit vxorem, vel viduus, bis est ad pœnitentiam recipiendus; diaconus coniugatus semel: & non erunt prohibiti communionem fidelium, & communionem sacra, sed ministerio altaris. Alii vero ex clero, & monachi, & laici, si huiusmodi peccatum commiserint, fiet iudicium de eis, vt eorum iudici, & ei qui eis præest, prout pœnitentiæ conuenit, visum fuerit: & non debet qui eis præest, & iudex imponere grauem pœnitentiam quæ noceat, neque leuem, ne currant ad peccatum, & eorum damnatio crescat. & qui non paruerit, Synodus eum excommunicat.

*De remedio cuiusque fidelium, dum adhuc peccatum eius non est manifestum, per priuatam exhortationem & admonitionem adhibendo; & de excommunicando, si non profecerit.*

#### CAPVT LXXIX.

Et quicumque ex ecclesia aliquid indignum faciat, adhibebitur ei remedium per exhortationem & diligentem admonitionem, dum non est manifestum quod facit, vt non perseueret in eo, & discedat a via sanctorum Dei, eorumque conuersatione; imponentque ei pœnitentiam prout conuenit. Quod si pœnitentia & exhortatione non emendetur, separetur a communionem fidelium, & abscondatur tamquam membrum putre, ne contagio eius reliquum corpus peruadat. & qui non paruerit, Synodus eum excommunicat.

*Interpres est hic Canon quando quis frater in me peccare dicitur est, scilicet quando peccatum commisit, cuius contagio in reliquum corpus peruadere potest, nisi pœnitentia corrigatur: aut si nolit corrigi, ex ecclesia eiiciendus sit.*